

Ziber

De foliis oleastri: & oenanthino oleo: & cicino: & amygdalino: & laurino: & myrtheo chamemyr-
fino: & cupressino: & citreo caryno.

Cap. v.

Oleasti foliorum eadem natura. Spodiūq; e cauliculis uehementius ihibet rheumatismos. Sedat inflāmatiōes oculorū. Purgat ulcera: aliēata explet: excrescentia leniter erodit. Siccat: & ad cicatricē perducit: cætera ut in oleis. In hoc aut peculiare: q; folia decoquuntur ex melle: danturq; coclearibus contra sāguinis excreatiōes. Oleū tamē actius atq; efficacius: & hos quoq; colluitur illo. Ad dentiū infirmitatē iponuntur folia: & paronychii: & carbūculis & cōtra oēm col-
lectionē cū uino. Iis uero quæ purganda sint: cū melle. Miscētur oculoꝝ medicamētis: & coctū folio-
rum: & scuccus oleastri. Vtiliter etiā auribus instillatur cū melle: uel si pus effluat. Flore oleastri cōdy-
lomata illinūtur & epinyctides. item cū farina hordeacea uenter. in theumatismo cū oleo capitis do-
loribus. Cutem in capite ab ossibus recedentē cauliculi decocti & cū melle ipositi cōprimūt. Ex olea-
stro maturi in cibo sumpti fistunt aluum. Tosti aut & cū melle triti nomas repurgant. Carbūculos rū-
punt. Olei naturā causasq; abunde diximus. Ad medicinā ex olei generibus hæc pertinet. Vtilissimū
est omphaciū: proxime uiride. præterea q; maxime recens: nisi cū uetustissimū quæritur: tenue: o dora-
tū: quodq; nō mordeat: e diuerso q; in cibos eligitur. Omphaciū prodest gingiuis. Si contineatur in
ore: colorem dentiū custodit magis q; aliud sudores cohibet. Oenāthino idē est effectus qui rosaceo
omni autem oleo mollitur corpus: uigorem & robur accipit. Stomacho cōtrarium. Auget ulcerū in
cremēta. Fauces exasperat. Et uenena oīa cohibet: hebetatq; præcipue psimpytii & gypsi in aqua mul-
sa. Aut ficorū siccarum decoctū potum cōtra meconium. Ex aqua contra cantharidas buprestin sala-
mādras pityocāpas per se potū: redditūq; uomitionibus. Contra oīa supradicta laudatissimū: & lassit-
udinum perfrictionūq; refectio est tormina calidū potum ciathis. vi. magisq; ruta simul decocta pel-
lit. Item uentris animalia. Soluit aluum hemina mensura cū uino & calida aqua potum: aut pifanæ
succo. Vulnerariis emplastris utile. Faciem purgat. Bubus infusū per nares donec ructēt: inflationem
sedat. Vetus autem magis excalfacit corpora magisq; discutit sudores. Duritias magis diffundit. Le-
thargicis magis auxiliare & inclinato morbo. Oculorū claritati confert aliquid cū pari portiōe mel-
lis ac opiis. Capitis doloribus remedium est. Item ardoribus in febrī. cū aqua & si uetustū nō sit occasio
de coquitur: ut in uetustate representet. oleum eiecinum bibitur ad purgationes uentris cū pari cal-
dæ mensura. Priuatim dicitur purgare præcordia. Prodest & articularū morbis: duritiis oībus. uuluis
auribus: ambustis. Cum cinere uero muricum sedis inflāmationibus: item psoræ. Colorem cutis com-
mendat: capillumq; fertili natura euocat. Semen ex quo fit: nulla animas attingit. Ellychnia ex uua fi-
unt. claritatis præcipue. Ex oleo lumē obscurū propter nimiam pinguedinē. Folia igni sacro illinun-
tur ex aceto. per se aut recentia mammis & epiphoris. Eadem decocta in uino inflāmationibus cum
polenta & croco. per se autē triduo imposita faciem purgāt. Oleum amygdalinum purgat: mollit cor-
pora: cutem erugat: nitorem commēdat: uaros cum melle tollit a facie. prodest & auribus cū rosaceo:
& melle & mali punici germine decoctum. Vermiculofq; in his necat: & grauitatē auditus discutit:
sonos incertos: & tinnitus: obiter capitis dolores: & oculorum. Medetur furunculis: & a sole ustis cū
cæra. Ulcera manantia & furfures cū uino expurgat: condylomata cum meliloto. per se uero capiti il-
litū somnū allicit. Oleum laurinum utilius quo recentius: quoq; uiridius colore. Vis eius excalfacto-
ria: & ideo paralyticis: spasticis: ischiaticis: fugillatis: capitis doloribus inueteratis distillationibus au-
ribus in calice punici calfactū illitum. Similis & myrthei olei ratio: astringit: idurat: medetur gingiuis
dentium dolori: dysenteria: uulua exulcerata: uescis: ulceribus uetustis uel manantibus cum squam-
ma: aris & cæra. Itē eruptionibus: ambustionibus. Attitas sanat & furfures rhagadas cōdylomata. ar-
ticulos luxatos: odorē grauem corporis. Aduersatur cantharidi buprestis: aliisq; malis medicamētis:
quæ exulcerando nocet. Chamemyrsinæ siue oxymyrsinæ eadem natura. Cupressinum oleū eosdem
effectus habet quos myrteum: itē citreum. E nec uero iuglandiū quod caryniū appellauimus: alo-
pecii utile ē: & tarditati aurium infusū. Item capitis doloribus illitum. Cæterum ineris & graue sapo-
re corpori. Enim uero si quid in nucleo putridi fuerit: tutus modus deperit. Ex enidio grano factum
eamdem uim habet quam cicinum. Ex lentisco factū utilissimū acopo est. Idemq; proficeret aque ut
rosaceū ni durus paulo intelligeretur. Utuntur eo & cōtra nimio sudores: papulasq; sudorū. Scabiē
iumētorū efficacissime sanat. Balaninum oleum repurgat uaros: furunculos: lentigines: gingiuas. Cy-
pros qualis esset: & quemadmodū ex ea fieret oleum: docuimus. Natura eius calfacit. mollit neruos.
Folia stomacho illinuntur: & uulua concitata succus quoq; eorū apponitur. Folia recentia comman-
ducata: ulceribus in capite manantibus. Item oris medentur collectionibus condylomatibus. Decoctū
foliorum ambustis & luxatis prodest. ipsa ruffant capillū tusa: adiecto strutei mali succo. Flos capitis
dolores sedat cū aceto illitus. idem combustus in cruda olla nomas sanat: & putrescentia uulcera per
se uel cū melle. Odor floris olet: qui somnū facit. Astringit gleucinū & refrigerat eadem ratioe qua